e-codices

P ulchre admonuisti, iam ego ad te exibo foras.
Pi N unq̄ edepol hominem queнq̄ ludificarier magis facete
V idi et magis miris modis. ſ3 eccum egredit̄.
Sce P eriplectomene te obſecro per deos atq3 homines, perq3 ſtultitias meā,
P erq: tuam gratiam. Pi Quid obſecras. Sce Meæ inſcitiæ meæ &
S tultitię ignoſcas. nunc demum ſcio me fuiſſe excordem cecum
I ncogitabilem. nam philocomaſium eccam int̄. Pi Quid nūc furcifer
V idiſti ambas. Sce Vidi. Pi Herum exhibeas volo. Sce Meruiſſe eqdem
M e maximum fateor malum, & tuę feciſſe me hoſpitę aio iniuriam.
S ed meam eſſe herilem concubinam cenſui, cui me cuſtodem herus
A ddidit miles meus. Nam e ſummo puteo ſimilior nunq̄ poteſt
A qua aquę ſumi q̄ hec eſt atque iſta hoſpita: & me deſpexiſſe
A d te per impluuium tuum fateor. Pi Quid ni fateare. ego qd̄ uideri
Sce S ed philocomaſium me uidiſſe cenſui. Pi Ratus ne me iſtic hominem
E ſſe omnium minimi pretij. ſi ego me ſciente paterer uicino meo
I nferri apud me ita inſignite iniuriam. Sce Nunc demū inſipienter
F actum eſſe arbitror cum rem cognoſco. at non malitioſe tn̄
F eci. Pi Immo indigne nam homini ſeruo ſuos domitos hr̄e
O portet oculos & manus orationem q3. Sce Ego ne ſi poſt hunc diem
M utiuero et qd̄ ego me certo ſciam, dato excruciatu: me ego met
D edam tibi. nunc hoc mihi ignoſcas q̄ſo. Pi Uincam animū meū
N e malitioſe factum id eſſe abs te arbitrer[s] ignoſcam tibi iſtuc
Sce A t dij tibi faciant bene. Pi Ne [tu] hercle ſi te di amant linguā coprmis
P oſthac et illud quod ſcies neſciueris, ne uideris qd̄ uideris
Sce B ene me mones. ita facere certum ē. ſatin ne oratus abijt
N unquid nunc aliud me vis. Pi Ne me noueris. Sce Dedit hic mihi
V erba: qua benigne gratia fecit. ne iratus eet. ſcio quam rē gerat.
V t me cum extemplo a foro aduenīa domū, amicum prendat
V na hic & paleſtrio me hn̄t venalem ſenſi. et iam dudum ſcio.
N unq̄ hercle ex iſta massa ego hodie [e]ſcāpetam Nam iam aliquo
A ufugiam, & me occultabo aliquot dieſ dum hęc conſileſcunt
T urbe, atq: irę leniunt, iam nunc ſatis & plus nimio merui mali
V erumtn̄ de me quicquid ē. ibo hinc domum
Pi I llic hinc abſceſſit ſat edepol certo ſcio occiſam ſepe ſapere
P luſ multo ſuem cū manducat. ne id quod uidit uiderit,
N am illius oculi atque auris atq: opinio tranſfugere ad nos.

License: CC-BY-NC – Cologny, Fondation Martin Bodmer, Cod. Bodmer 138, f. f.%20145r – Plautus, Comedies (http://www.e-codices.ch/en/fmb/cb-0138/f.%20145r)